

DECLARATIONES ET DECRETA SACRARUM CONGREGATIONUM.

SUMMARIUM.

1. Decreta et Declarationes Sacrarum Congregationum fidem non faciunt, nisi afferantur in forma authentica, ad n. 2. — 5. Per hoc tamen non sequitur, quod possint, et debeant, contemni, et pro nihilo haberi Sacrarum Congregationum decreta non authentica, quæ apud probatos, et fide dignos Auctores, et Collectores ad publicam utilitatem impressa reperiuntur. — 4. Immo recte facit Judex, qui declarationes Sac. Congreg. quas invenerit apud aliquem probatum Auctorem, ut veras habuerit, et sequatur, etiamsi nec a parte allegentur, nec producantur; et secundum aliquos unusquisque tenetur in foro conscientie eas sequi, si de illis sufficientem notitiam habuerit. — 5. Hinc decreta Sacrarum Congregationum sunt ab omnibus semper reverenter amplectenda. — 6. Et dato, quod aliqua subsit probabilis ratio dubitandi de veritate alicujus Decreti, recurrendum est ad Sacrarum Congr. Regesta. — 7. Et dato insuper quod in Regesto Secretariæ aliquod allegatum Decretum non reperiatur, sufficere, quod de eo appareat per relationem, vel Epistolam, vel notationem proprio caractere factam Cardinalis causæ ponentis. — 8. Decreta seu Declarationes

(1. Declarationes et Decreta Sacrarum Congregationum fidem non faciunt, nisi afferantur in forma authentica, ut in specie de declarationibus et decretis Sacræ Congregationis Concilii Tridentini de mandato Urbani VIII, declaravit eadem Sacra Congregatio his verbis: « Sacra Congregatio Concilii Tridentini die 2. Aug. 1631, de speciali S. D. Urbani VIII, jussu mandat, et præcipit hujusmodi declarationibus, tam impressis, et imprimendis, quam manuscriptis nullam fidem esse in Judicio, vel extra a quoquam adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma, solito sigillo, et subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium, munitæ fuerint. » (2. Et etiam in specie de declarationibus et decretis Sacræ Congregationis Rit. de expresso mandato ejusdem Urbani VIII, declaravit eadem Sacra Rit. Congregatio fere eisdem verbis ut supra: « Congregatio pro Sacris Ritibus sub die 11 Aug. 1632, ex speciali Sanctissimi D. Urbani VIII, jussu mandat et præcipit ejusdem Sacræ Congregationis declarationibus tam impressis, quam imprimendis nullam fidem in Judicio, vel extra esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma, sigillo et subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint. » Sic referunt Barbosa Apostolicar. Decis. collectan. 211. Sellius in selectis Canonice cap. 1, n. 78. Lezana verb. *Congregatio*; Diana moral. resol. part. 5, tract. 2, resol. 96. Lantusca verb. *Congregatio Concil. Trident.*, et *Congreg. Sacr. Rit.* et alii plures.

(3. Per hoc tamen non sequitur, quod possint, et debeant contemni, et pro nihilo haberi Sacrarum Congregationum decreta non authentica, quæ apud probatos, et fide dignos Auctores, et Collectores ad publicam utilitatem impressa reperiuntur. Hoc enim vergeret in maximum Christianæ Religionis,

Sacrar. Congregationum consulto Sanctissimo factæ habent vim Legis secundum multos Auctores. — 9. Ita ut habeant vim obligandi in utroque foro, non solum pro illis personis, ad quarum instantiam fiunt, seu in illis casibus, quibus Sac. Cong. respondet, sed ut Leges Generales in similibus omnibus. — 10. Quam sententiam amplectimur, si tales Sacrarum Congregat. Declarationes habeant tres sequentes conditiones, scilicet, quod sint approbata a Summo Pontifice, quod sint signata manu, aut sigillo Cardinalis Præfecti, et Secretarii; et quod sint sufficienter promulgata. — 11. Si vero tales declarationes sacrarum Congregat. factæ sint a solis Cardinalibus, summo Pontifice non consulto, nec mandante, licet quam maximæ sint auctoritatis, tamen probabilius est non habere vim legis, et multo minus obligant, si non sint authentice subsignata sigillo, et subscriptione Eminentissimi Card. Præfecti, et Secretarii, vel non sint rite communicata. — 12. Quoad declarationes autem Sac. Congregat. Concilii consulto Sanctissimo factæ, et in authentica forma exhibitæ, dicendum est, quod habeant vim legis, ac proinde obligent in utroque foro, licet publice non sint promulgata. — 13. Afferitur instantia, et solvitur, ad n. 15. — 16. Alia. *Remissive.*

et Ecclesiæ detrimentum, si quæ per ipsa decreta a probatis Auctoribus fideliter relata circa indulgentias, Cultum Sanctorum, Sacros Ritus, morum reformationem, et disciplinam, et moderationem, et alia hujusmodi, sunt disposita, et sancita, ea tandiu debeant, et possent quoad observantiam et executionem suspendi, donec per recursum ad Sac. ipsas Congregationes posset semper in authentica forma obtineri: (4. Unde recte notat Fagnanus in cap. *Quoniam 13, de Constitutionibus* num. 59, quod Sacrarum Congregationum decreta a fide dignis Auctoribus relata, et de quorum veritate nulla subsit probabilis ratio dubitandi, ex eo dumtaxat rejicere, quod non afferantur in forma authentica, atque idcirco contrariam sententiam tueri, certe vix abest ab irreverentia et temeritate; quinimo subdit ibidem ex Sala de leg. tr. 14. disput. 21. quæst. 97. sec. 12. in fin. quod recte facit Judex, qui declarationes Sac. Congregat. quas invenerit apud aliquem probatum Auctorem, ut veras habuerit et sequatur, etiamsi nec a parte allegentur, nec producantur, adjiciens in foro conscientie teneri unumquemque eas sequi, si de illis sufficientem notitiam habuerit, juxta ea quæ tradit Navar. Consil. 1. num. 12. et per totum de Constit. Eo vel maxime quod Urbanus VIII. censetur voluisse solum percutere decreta illa, de quorum veritate subsesset probabilis ratio dubitandi, vel ex quo afferrentur solummodo manuscripta, vel apud non probatos Auctores impressa. (5. Hinc decreta Sacrarum Congregationum sunt ab omnibus semper reverenter amplectenda in venerationem tot undequaque Eminentissimorum Patrum, ut censuit Rota in Leodien. Parochialis 1692 et ipsamet Rota semper consuevit amplecti, et signanter part. 11. recentior dec. 108. n. 22. part. 13. dec. 2. n. 36. part. 14. dec. 71. num. 15, part. 17, dec. 297, num. 3, part. 18, tom. 1 dec. 279, num. 2. (6. Et dato,

quod aliqua subsit probabilis ratio dubitandi de veritate alicujus decreti, recurrendum est ad Sac. Congregationum Regesta, prout ipsæmet Sacræ Congregationes demandare solent, quando occasione disputationis particularium casuum circumferuntur decreta quæ diversa vel adversa videntur, aut aliquam probabilem dubitandi de veritate rationem continent; Cardinalis de Luca, Annotat. ad Sacrum Concilium Tridentinum disc. 1, num. 17. (7. Et dato insuper, quod in Regesto, vulgo *Vachetta*, Secretariæ aliquod allegatum decretum non reperiatur, sufficit, quod de eo appareat per relationem, vel epistolam vel notationem proprio caractere factam Cardinalis causæ Ponentis, prout declaravit, et decretum anni 1673, in sola relatione Cardinalis Cybo Ponentis reperitur, extrahi mandavit Sac. Congr. Episcoporum, in Mantuana Nullitatis Professionis 3 April 1693, ad relationem Eminentissimi Cardin. de Carpineo. Et pro indubitato supposit Sac. Congregat. Concil. in Milevitana 8 August. 1705, in cujus Positione caractere Eminentissimi et R. D. Card. Panciatichi, meritis Præfecti, reperiebatur adnotatus consensus Partium circa expeditionem cujusdam concessionis restitutionis in integrum, idque impugnante Defensore unius ex Collitigantibus, coactus fuit palinodiam cantare, et mediante speciali Memoriali, in plena Congregatione distributo, se declarare sequentibus verbis: « Supplicatur EE. PP. habere pro non dictis, neque scriptis ea, quæ dicta, scriptaque sunt in Italico Memoriali, § *Quindi molto meno*, et seq. quoad ibi consensum controversum commissionis datæ Em. D. Magno Mag. quoniam dum talis consensus adnotatus reperitur in Positione, sine dubio, quamvis ego non recorder, a me datus erit. » Et generaliter Rota dec. 46, n. 22, part. 18, recent. Ursaya Institut. crim. lib. 1, tit. 10, § 4, n. 147, et seqq.

(8. Decreta seu Declarationes Sacrarum Congregationum consulto Sanctissimo factas habere vim Legis tenent Salas de leg. tract. 14, disp. 21, sect. 12. Barbosa lib. 1. Juris Eccles. univers. cap. 4, n. 81, et alii undecim apud Dianam p. 1, tract. 10, resol. 29, et Pignat. tom. 9, consult. 174, per tot. Passerini. de stat. homin. tom. 2, quæst. 187, art. 1, n. 447, et sequent. Monacell. part. 1, tit. 9, formul. 3, num. 3, et alii. Et ratio est, quia ipsæ sacre Congregationes decernunt tamquam potestatem habentes a Papa, adeoque, dicunt ipsi, earum declarationes sunt auctoritativæ, tamquam si ab ipso Papa editæ fuissent; (9. Ita ut vim habeant, ut docent Garcias, Lambertin. Farinac. Piasec. Barbosa. l. c. Fagnanus, l. cit. n. 66, teste Gobat tract. 3, n. 604, obligandi in utroque foro, non solum pro illis personis, ad quarum instantiam fiunt, seu in illis casibus singularibus quibus Sacræ Congregationes respondent sed ut Leges generales in similibus omnibus, quia similitudinem est similis ratio, et causa, foretque infinitum pro singularibus casibus singulas velle declarationes. (10. Quam sententiam et nos libenter amplectimur, si tales Sacrarum

Congregationum declarationes habeant tres sequentes conditiones, videlicet, quod sint approbata a summo Pontifice; quod sint signata manu aut sigillo Cardinalis Præfecti, et Secretarii, et quod sint sufficienter promulgata: quia cum adsint hæ tres conditiones, habent vim Legis, et iis est necessario standum, cum sic sint munitæ auctoritate Pontificis, et re ipsa censendæ sint immediate exire ab ipso Pontifice, ut colligitur ex Carden. in 2. Crisi dist. 1, num. 98, et seq. et tenent Anton. Cotonius celebr. Controvers. lib. 3, contr. 8, cap. 3. Diana part. 11, tract. 2, resol. 42, alique communis, teste Gobat tom. 1, tract. 3, n. 604. (11. Si vero tales declarationes Sacrarum Congregationum factæ sint a solis Cardinalibus, Summo Pontifice specialiter non consulto, nec mandante, licet quam maximæ sint auctoritatis, tamen probabilius est non habere vim Legis, et multo minus obligant, si non sint authentice subsignata sigillo, et subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, et Secretarii, ut ex decretis allatis supra n. 1, et 2, vel non sint rite communicata, cum ad hoc, ut lex obliget, debeat esse sufficienter promulgata; Authen. *Ut factæ novæ Constitutiones*, § *Sancimus*, collat. 5, ibi: « Cur enim culpabimus eos, qui positas nostras ignoraverint Constitutiones? » cap. *In istis 3*, dist. 4, ibi: « Leges instituuntur, cum promulgantur. »

(12. Quoad declarationes autem Sacræ Congregationis Concilii consulto Sanctissimo factas, et in authentica forma exhibitas dicendum est, quod habeant vim Legis, ac proinde obligent in utroque foro, licet publice non sint promulgata; Ita Eman. Rodericus Qu. Regul. tom. 1, qu. 11, art. 1 et 2. Miranda tom. 2. Manual. Prælatorum qu. 26, art. 11. Lezana tom. 3. Summ. verb. *Sacra Congregat.* num. 8. Garcias de Benefic. in præfat. tom. 1, hanc sententiam certam appellans, Pignatell. tom. 6, consult. 99, num. 16. Reiffenstuel lib. 2. decretal. in præfem. num. 130. Barbosa loc. cit. num. 81 et 83. cum aliis pluribus, et hanc sententiam ex professo, et fusissime propugnat Fagnan. l. c. n. 6 et seqq. Et ratio est, quia declarationes Sacræ Cong. Concil. fiunt auctoritate Papæ, et illo consulto, id est auctoritate a Summo Pontif. ipsis Cardinal. tradita interpretandi decreta Concil. ipso consulto, ut patet ex Constit. Pii IV, incip. *Benedict. Deus*, et Sixti V. incip. *Immensa æterni Dei*, § *Deo autem Patri*. Declaratio autem Legis facta ab eo, qui a principe, seu legis conditore habet jus interpretandi, nec differt a lege declarata, l. *Hominis et rei*, § *Verbum*, ex legib. ff. *de verbor. significat.* l. *Qui testamento*, § *Mulier*, verb. arg. ff. *de testamento*, et sic talis Cardinalium declaratio non mere censetur esse ipsorum, sed esse potius aliqua Apost. Declaratio, prout in simili habetur cap. *Cum aliquibus 4, de prescript.* in 6, et cap. *Si Apostolicæ 22, de præbend.* in 6, et concordat vulgare illud dictum Imperatoris l. 1, § *Sed neque, c. de Veteri jure enucleand.* ibi: « Omnia merito nostra facimus,

quia ex nobis omnibus eis impertitur auctoritas;» adeoque ipsæ Declarationes Sacræ Congregationis Concilii habent eandem vim obligandi, ac ipsa decreta ejusdem Concilii: nam qualitates omnes legis declaratæ consentur inesse illius declarationi, ut est textus in l. *Nihil*, et ibi Bartol., in princip. de conjungend. cum emancip. liber. et in Authen. de filiis ante dotalia instrumenta natis, ad fin.

(13. Nec valet objicere, quod dictæ declarationes Sac. Congreg. Concilii non promulgantur, adeoque non posse obligare, cum ad hoc, ut lex obliget, requiritur promulgatio ex cit. Authen. *Ut factæ novæ Constitutiones*, § *Sancimus*, collat. 5 et cit. *In istis* 3, dist. 4. (14. Non valet, inquam, quia hæc promulgatio requiritur solum in legibus quæ novum jus condunt, non autem in declarationibus Legum quæ cum legibus ipsis intrinsece insint, non constituunt jus novum sed solummodo jus quod prius erat manifestant atque declarant; adeoque, cum declarationes S. Cong. Conc. non constituent jus novum, sed contineant meram legis præ-existentis explicationem, stat certum, quod nulla indigeant speciali publicatione; quia ex quo Lex declarata jam ab initio promulgata fuit, solemnitas publicationis semel adhibita in principali dispositione, non est ulterius repetenda in illius declaratione, ac proinde ab ipsamet primæva Concilii publicatione, vim obligandi obtinent ipsius Congregationis declarationes, cum retrotrahantur ad tempus conditi Conc. atque huic a principio jam inesse, et infuisse censeantur, et juxta ipsas lex Conciliaris semper fuerit intelligenda, juxta Gloss. cap. *Sicut nobis*,

DECOCTIO, DECOCTOR.

Vide verb. RESTITUTIO, art. 5, a num. 49 ad 59, et verb. SOLUTIO a num. 3 ad 16.

DEDICATIONIS FESTUM

Vide Decreta sac. Rituum Congregationis.

DEFENSOR

SUMMARIUM.

1. 6. Defensor Matrimonii in variis casibus a quonam eligendus. — 7. 8. De mercede Defensoris Matrimonii. — 9. Defensor debet juramentum præ-

(1. Defensor Matrimonii ex Ecclesiastico cœtu (si fieri potest) constitui debet ab Ordinario in singulis Diœcesibus, ut adsit iudiciis omnium causarum Matrimonialium, Bened. XIV, tom. 1. Constitut. 33, incip. *Dei miseratione* § 5 et 6. (2. Defensor Matrimonii in Romana Curia deputandus est a Cardinali Præfecto Congregationis Concilii, si causa super Matrimonii nullitate agitur in dicta Congregatione. (3. Si vero in Palatii Apostolici Auditorio, ab Auditore Decano præfati Tribunalis. (4. Si autem in Congregatione particulari, a persona ejusdem Congregationis Digniore; Idem ib. § 13. (5. In iudiciis secundæ instantiæ, si Judex fuerit Metropolitanus, aut nuncius Apostolicus, aut Epi-

verb. *Respondemus*, de verb. *significat.* et clare desumitur ex Authen. *de raptis Mulieribus*, § fin. collat. 9, ubi Imperator de tali Legum suarum declaratione loquens, sic expresse dicit: « Quam interpretationem non futuris tantummodo casibus, verum in præteritis etiam valere sancimus, tamquam si nostra Lex ab initio, cum interpretatione tali promulgata fuisset a nobis; » Et sic tenent omnes supracitati Doctores, et Fagnan. loc. cit. n. 43, ubi ulterius citat Bartolum, Imolam, Baldum, Rebuffum, Romanum, et alios. Et ita colligitur etiam ex modo procedendi ipsius S. Congr. a qua si edantur declarationes, quæ jus novum non faciunt, (15. sed solum præexistens declarant, ejusque mentem ac genuinum sensum explicant, tales declarationes non solent publicari, nec affigi Romæ in publicis et consuetis locis, sed simpliciter eduntur et communicantur partibus, quarum interest, in forma authentica, sigillo, et subscriptione munitæ. Si vero ab ipsa edantur decreta per modum novæ Legis, tunc ad instar aliarum Constitutionum Apostolicarum de novo conditarum, etiam talium decretorum fit solemnitas Romæ promulgatio, et affixio in locis consuetis, prout notatur ad finem eorumdem Decretorum, ut patet in Decreto de Regularibus Apostatis et ejectis, incip. *S. Cong.* edito ab ipsa Sac. Cong. die 21 Septembris 1624, et in Dec. de celebratione Missarum incip. *Cum sæpe contingat*, edito ab eadem Sac. Cong. die 21 Jun. 1625, et in variis aliis. Et sic advertit Fagn. l. c. n. 42 et 43.

(16. Alia. Vide verb. RESOLUTIONES SAC. CONGREG.

scopus vicinior, Defensor Matrimonii debet esse, qui ab ipsis respective fuerit deputatus, prout ab ipsis est deputandus. (6. Si autem sit specialis Commissarius a Sede Apostolica deputatus, qui Tribunal et jurisdictionem ordinariam non habeat, Defensor debet esse, qui fuerit constitutus ab Ordinario, in cujus Diœcesi causam cognoscet; etiamsi idem Ordinarius sit, qui primam sententiam in eadem causa pronunciaverit; Idem ib. § 10.

(7. Defensor Matrimonii, quamvis ad munus suum gratis obeundum pro amore Dei, et proximi utilitate, ac Ecclesiæ reverentia, ipsum Pontifex in Domino exhortetur, tamen si aliqua ex causa id sine mercede, aut salario exsequi recusaverit, ab ipsius Causæ Ju-

dice debet ei constitui, et a Parte pro validitate Matrimonii agente persolvi, si ipsi facultas sit, sin minus a Judice primæ, vel secundæ instantiæ respective subministrari ex mulctis suorum Tribunalium in opera pia erogandis. (8. Et si Judex fuerit specialis deputatus Commissarius pecuniam ex mulctis non habens, debet Defensori Matrimonii satisfieri ex mulctis illius Episcopi, in cujus Diœcesi Commissarius Apostolicus iudicium exercebit; Idem ib. § 12.

(9. Defensor Matrimonii juramentum fideliter officium suum obeundi præstare debet in limine iudicii, et in suscipiendo officio: Idem ib. § 7. (10. In omnibus actibus citari, et intimari debet sub pœna nullitatis; Idem ib. § 7 et 10. (11. Semper appellare debet a prima sententia pro nullitate Matrimonii lata: Idem ib. § 8.

(12. Defensor Professionis Regularis in singulis Diœcesibus ab Ordinariis juxta disposita pro defensore Matrimonii est deputandus aliquis probitate, et doctrina commendatus, sive Regularis, sive Ecclesiasticus

DEFINITIVA SENTENTIA

Vide verb. SENTENTIA a num. 4 et fere per totum.

DEFLORATIO, DEFLORE

Vide verb. STUPRUM, STUPRATOR.

DEFUNCTORUM OFFICIUM

Vide verb. OFFICIUM DEFUNCTORUM

DEGRADATIO.

SUMMARIUM.

1. Degradatio est duplex, scilicet Verbalis, et Realis, sive actualis. Verbalis, quæ sit. — 2. Per hanc degradationem verbalem Clericus non amittit privilegium fori, et Canonis. — 3. Nec sic degradatus amittit Characterem impressum. — 4. Clericus sic degradatus, si sit Sacerdos, adhuc conficit Eucharistiæ Sacramentum, etiamsi sit Hæreticus, sicut etiam valide absolvit pro mortis articulo moribundum. — 5. Clericus sic degradatus, si ex aliqua justa causa restituatur ad ordines Clericales, non debet de novo Sacris insigniri. — 6. Degradatio Realis, seu actualis quæ sit. — 7. Per hanc degradationem Realem, seu actualem Clericus amittit privilegium Fori, et Canonis. — 8. Non privatur tamen sic degradatus Characterem Ordinis, neque potestate valide consecrandi, neque facultate valide absolvendi pro mortis articulo moribundum. — 9. Nec sic degradatus liberatur ab onere recitandi horas Canonicas, aut servandi perpetuam castitatem. Sacra tamen Congr. Concilii, et Clemens XI. cui ipsa Cong. dubium resolvendum reservaverat, noluit hoc decidere quoad obligationem recitandi officium in damnato ad Triremes. — 10. Quæ sint Crimina, ob quæ de jure deveniri potest ad degradationem, seu depositionem verbalem. — 11. Quæ sint Crimina, ob quæ de jure potest deveniri ad degradationem Realem, seu actualem. — 12. Quæ sit forma solemnitatis, quæ in degradatione Reali, seu actuali servanda est. — 13. Degradatio Realis, seu actualis, et solemnitas non potest fieri nisi ab Episcopo. — 14. Immo Episcopus debet esse consecratus, et non sufficit Episcopus electus, et confirmatus, sed nondum consecratus. — 15. Quinimmo degradatio Realis est taliter Ordinis Episcopalis, ut nequeat ab Episcopo demandari neque Abbatibus

FERRAR. III.

Sæcularis; Bened. XIV, tom. 2. Constitut. 47, incip. *Si datam*. (13. Pro ejus mercede, seu salario est ei præstandum, quod Judex prudenter arbitratus fuerit exsolvendum ex bonis a Professo renuntiatis in Religionis ingressu, si quæ habuerit, aut in defectu, ex bonis Religionis, si sit ex bona possidentibus. Si autem nec adsint bona renunciata, nec ejus Religio bona possideat, tunc defensori Professionis satisfiet ex pecuniis mulctarum illius Tribunalis, in quo causa agitata fuerit, Idem ib.

(14. Defensor Professionis in constructione processus, interrogatoria dare debet, et in omnibus iudicii actibus citandus est; Idem ib. (15. Defensor Professionis, si sententia lata fuerit pro nullitate Professionis, ex officio appellare debet; Idem ib. (16. Defensor Professionis, deputari, et assistere debet propositioni causæ apud Sanctam Sedem super concessione restitutionis in integrum; idemque assistere debet confectioni processus remissorialis; idem ib.

Presbyteris, et solemniter benedictis, aliisque quibuscumque Clericis inferioribus. — 16. Degradatio vero verbalis potest fieri ab Episcopo electo, et confirmato, licet nondum consecrato. — 17. Et sic talis verbalis Degradatio potest fieri etiam per Vicarium Generalem Episcopi. — 18. Et sic etiam talis verbalis degradatio fieri potest Sede vacante a capitulo, vel Vicario Capitulari. — 19. Ad degradationem, seu depositionem faciendam requirebatur olim certus numerus Episcoporum. — 20. Pro deponendo Episcopo requirebantur duodecim Episcopi. — 21. Pro deponendo Presbytero requirebantur Episcopi sex. — 22. Pro deponendo Diacono tres. — 23. Pro deponendo Subdiacono etiam Episcopi tres. — 24. Pro deponendo Clerico in Minoribus sufficiebat unus solus Episcopus. — 25. Hodie tamen est a Tridentino statutum, ut adversus Clericos etiam in Sacris constitutos ad condemnationem, necnon verbalem depositionem procedere possit Episcopus tam per seipsum, quam per illius Vicarium in spiritualibus Generalem; ad actualem vero atque solemnem degradationem per se ipsum, etiam non adhibito numero Episcoporum a Sacris Canonibus præfinito; Adhibitis tamen et in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus, vel ipsis deficientibus, aliis Personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, *ad n. 26.* — 27. Appellatione personarum in Ecclesiastica dignitate constitutarum, de quibus loquitur Concilium, non comprehenduntur Prælati Regularium Mendicantium. — 28. Abbates non debent interesse examinationi, vel processui, sed tantum solemniter et actuali degradationi assistere, ut Assessores. — 29. Ordinarius potest adhibere alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas etiam non Diœcesanas. — 30. Prælati Regulares de jure communi non habent potestatem degradandi degradatione Reali, seu actuali, suos subditos. — 31. Unde Prælati Regulares ne-